



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fidelitas praelati in quinq[ue] debet e[ss]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

eum. Honoratur autem per humilitatem, per misericordiam ad afflictos, et per gratiarum actiones. de primo dicebat Ecclesiasticus. Magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur, superbi autem contumeliam faciunt creatori. De secundo habetur in Prouerbiis. Honorat autem Deum qui miseretur pauperi. De tertio dicebat Psaltes. Sacrificium laudis honorificabit me. Quartum est, oblatio suarum rerum, sicut fecerunt Magi, obtulerunt domino aurum, thus & myrrham. Et nos huic regi celesti debemus tria dare, scilicet, aurum charitatis, myrrham mortificationis, et thus deuote orationis. Quintum signum est, uitam regis diligenter custodire, sicut Magi fecere, non redeuntes ad Herode qui regem natum queerebat ad perdendum. Non debet igitur seruus Christi fidelis redire per uiam latam Herodis.

Ecc. 33

Pro. 13.

Psal. 49
Matt. 2

*Fidelitas praelati in quinque
debet esse.*

Primo, in diligentia custodiendi. Debet enim esse sollicitus praelatus ad custodiendas animas sibi commissas, duabus rationibus. Prima

CHRISTIANA

est, quia in periculo animæ suæ pe-
reunt animæ illæ si ex culpa sua uel
4. Re. 10 exemplo pereunt. 4. Reg. 10. Quicum-
que fugerit ex omnibus his quos ad-
duxero in manus uestras, erit anima
Greg. uestra pro anima illius. Vnde D. Gre-
gorius. Scire naturam indubitanter
prælatus debet, quia tot mortibus di-
gnus est, quot ad suos subditos exem-
pla transgressionis transmiserit. Se-
cunda est, quia nisi prælatus quantum
in se est adduxerit ad dominum ani-
mas sibi commissas, faciem dei non ui-
debit. Vnde Gene. 44. Non uidebitis
Gen. 44 faciem meam nisi fratrem uestrum ad-
duxeritis uobiscum, &c. Secundo fi-
delitas Prælati debet esse in audacia
resistendi. Debet enim esse audax reus
Iob. 29. stendo inuadenti gregem suum. Iob.
29. Conterebam molas iniqui, & de-
dentibus illius auferebam prædam.
1. Re. 17 Et Reg. 17. Pascebat seruus tuus gre-
gem patris tui, & uenit leo, uel ur-
sus & tollebat, &c. Et Io. Bonus Pa-
Ioã. 10, stor animam suam dat pro ouibus suis.
Econtrario, Mercenarius autem &
qui non est pastor, cuius non sunt oues
proprie, uidet lupum ueniens,
Grego. & dimittit oues, & fugit. Vnde Gre-
gorius. Rectores improvidi humanam
amittere gratiam formidantes, loqui
liberè, rectè pertimescunt. Vnde Ec-

clesiast. 7. Noli quærere fieri iudex,
 nisi ualeas uirtute irrumpere iniqui-
 tates, ne forte expauescas faciem po-
 tentis, & ponas scandalum, &c. Ter-
 tio debet esse fidelitas in solertia pas-
 scendi. Propter hoc dixit Dominus Pe-
 tro ter, pasce, pasce, pasce. scilicet uer-
 bo. Vnde & Petrus ipse ad pastores di-
 cebat. Pascite qui in uobis est gregē
 Dei, prouidentes non coactè, sed spō-
 tanea secundum Deum. Et Bernard.
 Præs ut prouideas, & dispenses, non
 imperes, hoc fac, & dominari non af-
 fectes homini homo. Idem. Discite
 matres subditorum uos esse debere,
 non dominos. Quarto debet esse exē-
 plo. Vnde Petrus. Non dominantes
 cleris, sed forma facta gregis, & ex
 animo, ut cum apparuerit princeps
 pastorum percipiatis immarcescibili-
 lem gloriæ coronam, &c. Ecclesiasti-
 ci. Rectorem te posuerunt noli ex-
 tolli, in illis esto quasi unus ex ipsis,
 &c. Et Bern. Pulcherrimus ordo est &
 salubris, ut onus quod portandum
 imponis, tu prius portes, & ex te di-
 scas qualiter oporteat aliis modera-
 ri. Idem. Boni sollicitique Pastores
 impinguare non cessent pecus, bonis,
 electisq; exemplis, & suis magis quā
 alterius. Nam si alienis, & non suis,
 ignominia est illis, & pecus non pro-

Ecccl. 7.

Ioã. 21.

2.5

Bern.

Bern.

1. Pet. 5

Ecc. 32

Bern.

Bern.

CHRISTIANA

ficit; ita è contra (sicut dicit Isidor.)

Isyd. Capite languente, cetera corporis membra inficiuntur. Idem. Ex carnalium prepositorum exemplo, plerumque fit uita deteriorum subditorum.

Isyd. Rex qui ruit in uitiis cito uiam ostendit erroris. Quinto debet esse fidelitas indiscretionem distribuendi. Debet esse Prælatus discretus in distribuendo patrimonium Christi, uel etiam ministeria ecclesiastica, nõ debet dare propriis cognatis, quæ uult Christi dari filiis. Deut. Date ex uobis uiros sapientes & gnaros quorum conuersatio sit probata in tribubus uestris, ut ponam eos uobis principes. Sextum & additur, quòd fidelitas prælatus sit in moderatione puniendi. Unde

Deut. 1. sapiens & gnarus quorum conuersatio sit probata in tribubus uestris, ut ponam eos uobis principes. Sextum & additur, quòd fidelitas prælatus sit in moderatione puniendi. Unde

Isa. 28. Isaia. Ponam in pondere iudicium, & stateram in mèsura. Debet enim Prælatus modum habere in corripiendo, sicut dicit D. Bernard.

Bern. Si interdum se ueritate opus est, paterna sit, non tyrànica, matres uos corripiendo exhibeatis; mansuescite, deponite feritatem, suspendite uerba, & producite ubera. Quid iugum nostrum aggrauatis, quorum potius onera portare debetis? Demum & septimum additur quoque, ut fidelitas prælatus sit in doctrina, quæ sit sana, sancta, & catholica, ita ut radix sit bona, quòd

rami sint boni, & sancti, & catholici. Debet enim aream suam a paleis, & zizaniis cribro expurgare; debet in uigilare super gregem suum ne inimicus homo heresum semina iaciat. Diligens sit ne noua doctrina & uana, nouique ritus, abususque introducantur in ecclesia sibi commissa.

Fidelitas inferioris hominis potest attendi circa tria.

Primum est, ut bona sibi commissa non dissipet. **Luc. 16** Et hic diffusamatus est apud ipsum, quasi dissipasset bona ipsius. Quæ dissipatio fit tribus modis. Primo, quando aliquis se & sua quæ expendere ad Dei honorem, & animæ suæ utilitatem debuit, expendit ad Dei contumeliã, & animæ damnationem; & qui totam uitam suam consumunt in seruitio diaboli. Secundo, quando aliquis ab opere incepto desistit. **Pro. 18** Qui mollis & dissolutus est in opere suo, factus est suorum operum dissipator. Dissolutus est, qui nullo amore, uel desiderio ad opus ligatus est; Mollis est, qui cedit duris. Et talis dissipator operum suorum reputatur. Tertio,